



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 137. Sixto defuncto seditiones populi Romani

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Saccul. XV.  
A.C. 1484.

§. CXXXVII.

*Sixto defuncto seditiones populi  
Romani.*

Cum Pontifex nuper defunctus summo studio Hieronymum Riarium Nepotem suum ad maximas quasque dignitates evehere studeret, inde Romani populi invidiam in se concitabat, adeo, ut pauci regiminis sui memoriam laudibus celebrarent, omnes vero eum maledictis laceffarent. Postera obitus sui die complures adolescentes arma corripiunt, & in Comitis Hieronymi palatum minabundi irrumpunt, quem cum non reperissent, & cubilia omni ferme apparatu destituta viderent, in parietes sœviunt, curtamque, quæ supererat, suppellectilem depraedantur, incondita voce clamantes, *Columna! Columna!* postea securibus palatii fenestras diffingunt, omnes in horto arbores excindunt, marmoreas columnas, quibus augustissimum hoc palatum ornatum erat, aut ictibus comminuunt, aut aliorum deferunt. Altera die ad suburbium trans Tiberin situm contendunt, duo horrea ad oram fluminis erecta, in quæ Mercatores Genuenses magnam frumenti vim intulerant, diripiunt, duasque naves mercibus onustas, quas Mercator quidam ejusdem Nationis paulo ante ad-

vexe-

Sacul. XV.  
A.C. 1484.

vexerat, vi abducunt; Inde ad urbes  
reversi, eodem furore ac petulantia om-  
nes Genuensium domos exspoliant. Es-  
rum nonnulli ad quamdam Hierony-  
villam, cui Jubileum nomen, excurrunt  
centum circiter vaccas abigunt, capri-  
mulos, porcos, anseres, & Gallinas me-  
gno in numero furantur, secumque ab-  
ripiunt plurimas carnes sale consper-  
unacum Parmensi caseo. Alii invadunt  
Ecclesiam S. Theodori, atque effra-  
horrei postibus omne frumentum, quod  
Sixtus IV. Papa defunctus apud S. Mo-  
riam novam collegerat, auferunt, con-  
cepta, se illud longe carius hoc co-  
rente, quam priori anno venditum  
Verum Magistratus, ut seditiosorum  
multus reprimerent, ad tubæ sonitus  
per præconem prohibent, ne ulla de-  
ceps domus diriperetur, indicta mo-  
poena legem transgressuris: Portas etiam  
& pontes præsidario milite firmant,  
et osque Regionum Præfectos arma-  
mere jubent, sicque rebus provide dis-  
positis populum in officio continebant.

§. CXXXVIII.

*Castra a Columnensibus occupata.*

Columnenenses Hieronymi fugam in ren-  
suam vertere studiosi, castrum Ca-  
vas recuperant, illiusque Gubernatorem

Cavarro.